

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Deus s
cum fonte primo

Quam diues es in misericordia,
quam magnificus in iusticia,
quam munificus in gracia, Domine Deus noster!
Non est qui similis sit tibi:
munerator copiosissime,
remunerator equissime,
liberator piissime.
Gratis respicis humiles,
iuste iudicas innocentes,
misericorditer eciam salvas peccatores.

Bernardus sermone LVII.

Quam dives es in misericordia,
quam magnificus in iustitia
in gratia quam munificus, Domine Deus noster!
NON EST QUI SIMILIS SIT TIBI,
munerator copiosissime,
remunerator aequissime,
piissime liberator.
Gratis respicis humiles,
iuste iudicas innocentes,
misericorditer salvas etiam peccatores.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in annuntiatione Dominica*, 3.1 (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.34, ll.12-15).